



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Ab omni se cibo abstinet. 37

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

lum asperitas attenuarit; curę animum grauiore*s* in*sedere*: quas in*gentes* atq; in*tempestiuas*, de nihilo metus sufficiebat. Tamen si enim pridem nihil ille pensius habuit, quàm vltimam vsque pueritiam confessione lustrare; immodicis tamen etiamnum angoribus carpebatur: neq; vlla aut precanti quies se ostendere; aut per ieiunia cæterumque rigorem, turbulencia mētis potuit componi. Eo cogitationum æstu, velut longi doloris impotentia collisus, in terrā incūbebat; nihil vsquā reliqui videns, quā porro euaderet. 37 Tandem cibum omnē porumque decreuit obstinatē reiicere, quā citra periculum posset; donec sua mēti malacia redderetur. Septem ad eō dies ea tenuit inedia; vt nihil interim, neque cœptæ consuetudinis in corpore vexando remitteret; neque viribus tamen plus solito

deficeretur. Insolentiam facti rescivit denique Sacerdos, cui vni arcana credere sua solebat. Is, ne in consilio perseueraret, mandauit. IGNATIVS non insuper habendum illius imperium ratus, paruit monenti. 38 At obsequelam tanta continuo tranquillitas excepit: quæ eximendis olim plurimorum turbelis mirificè valeret. Neq; temere postea fuit hoc morbo tam impeditus aliquis tamq; obsessus, quin illo absolueretur, vt primum IGNATIVM consulisset. 39 Et succedere mox cõpluria quædã potioris rei dona, atq; osteta cælestia, quorum aliqua post memorabũtur: Vt planè subierit, illud Vatis dicere: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ latificauerunt animam meã.* 40 Memorabile in primis habetur, quod, qui rebus fluxis ad id locorum impẽ-

sè de-